



## Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio  
Ersteller: de Turrecremata Johannes  
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

**T**ercius peccator immanitate suorum peccatorum et horrore futuri iudicij precatur. ne eternaliter damnet dicens O.

**O**mne qui in peccato magna et maiestate ad iudicium vetus es. ne in furore tuo punias me. sed in rigorem iusticie tue sed magis in dulcem tue misericordie non arguas me domine in furore tuo sed. Miserere mei in propria misericordia impendendo. et opus est quoniam infirmus sum ex fragilitate nature et mole peccatorum. o clementia magna creatoris a iudice percipimus quid dicere debeamus docuit pietatem petere. ne nos iusticia sua possit absumere. sana me per tuam misericordiam. quoniam infirmitas mea a teo contulit quod vosque ad robur et vires anime peruenit. cura me o sapientissime medice. Quia anima mea conualescentibus morbis turbata est valde. territa districione iudicij. vosque tu domine differs conferre sanitatem egroti. noli differre quod vosque ad finem preces supplicium non soles obliuisci. Conuertere ergo domine qui prius eras aduersus propter peccata mea. et eripe animam meam peccatis ligatam ab imminenti supplicio quod debet errantibus. saluum me fac non meritis meis sed propter multam misericordiam tuam sic festino curari. Quoniam post mortem non est qui me morbit cui memoria fructuosa ad salutem. nec in inferno confitebitur tibi aliquis confessione ad veniam. quia ibi nulla est spes venie aut redēptionis. miserere mei domine cum iam penitentiam fecerim de peccatis meis. Laboravi enim in gemitu meo propter anxietatem cordis mei considerans quid feci. si hoc parum sit lauabo in secreto conscientiam meam lacrimis meis discurrendo per singula peccata quod noctes dicuntur. et inundantia lacrimarum mearum cumulum peccatorum dissoluam. Turbarus est oculus mentis mee ab ira dei vindicantis per quam supplicia timeo peccatoribus preparata. quia in veteris hominis aetate antiquitate primi inter eos inimicos meos. siue in spiritu dyabolicos siue in peccato quod omnia aduersa sunt michi. Tria penitentis peracta pena prosumens de venia refugit consortia male viventium dicens. Discedite a me eos tam parui quam magni qui opamini iniquitatibus inducentes me ad peccatum. societatem enim vestram amplius nolo. quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei pro peccatis commissis. Exaudiuite dominus deprecationem meam remouento mala ne deinceps peccarem et dominus orationem meam suscepit. tribuendo michi virtutes quibus